



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 30. Principum atque Illustrium decessus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

Sæc. XVIII.
A. C. 1709.

§. XXX.

Principum atque Illustrium decessus.

*Clef du
Cabin.
Avril. 298.
Hode l. c.
pag. 101.*

Inter Principes hoc anno defunctos primus occurrit Joannes Ernestus de Thun Salisburgensis Archiepiscopus, qui præclarum officii Pastoralis exemplar die vigesima Aprilis annos natus sexaginta sex meritis plenus obiit: decessit etiam Franciscus Ludovicus Bourbonius de Conti Regiæ stirpis Princeps, qui Poloniæ sceptrum sibi oblatum recusavit, eoquod illud sine sanguinis effusione, & belli civilis metu assequi non posset: Obiit Parisiis die vigesima secunda Februarii annos natus quadraginta quinque. Hujus fatum ejusdem Mensis die undecima præcessit Ludovica Hollandina Friderici V. Palatini in Bohemiæ Regem a Calvinistis assumpti Filia, quæ Montbuissonii Cisterciensium Asceterii Abbatissa, ibidem octogesimo sexto ætatis suæ anno fatis functa est. Die autem trigesima prima Martii Henricus Julius Princeps Condeus, die vigesima tertia Aprilis Emanuel Amadæus de Sabaudia, vigesima quinta Junii Basileæ Fridericus Magnus Marchio Durlacensis anno ætatis sexagesimo secundo, die decima sexta Septembris Maximilianus Emanuel Bavaricus Ele-

Electoris Filius & Fridericus Ludovicus Sæc. XVIII.
 Wirtenbergæ Dux, necnon die decima A. C. 1709.
 quarta Decembris Guilielmus Anhalti-
 nus Princeps obiit. Exeunte demum
 Mense Januario decessit Venetiis Sar-
 nadus Tarvisinus Episcopus, atque Oe-
 niponti die secunda Augusti Elisabetha
 Amalia Philippi Guilielmi Neoburgicæ
 lineæ Principis Palatini conjux, quæ
 Georgii II. Hasso-Darmstadiensis Land-
 gravii Filia Düffeldorpii Catholicam fi-
 dem amplexata anno ætatis suæ septua-
 gesimo quarto naturæ debitum solvit:
 His quoque accensendus est celeberrimus
 Venetæ Reipublicæ Dux Aloysius
 Mocenigo, qui anno ætatis octogesimo
 tertio dignitatem suam Joanni Cornaro
 cessit.

§. XXXI.

*Scriptorum religione Catholicorum
 opera & obitus.*

Paucos ex Scriptoribus Ecclesiasticis Mem. de
 hoc anno denatis, quorum memo- Trevaux
 ria ob eorum lucubrationes celebrior p. 1396.
 est, recensere lubet, & primo quidem Hist. de
 Parisiis anno ætatis suæ octogesimo l'Acad.
 quarto die vigesima quarta Januarii de- Royal t. I.
 cessit Franciscus de La Chaise Jesuita, pag. 462.
 qui, cum Ludovico XIV. Galliarum Regi Bibl. Hist.
 per triginta annos a confessionibus esset, des Auth. de
la Congr.
Mem. des
 I 2 ejus-